

## Beiheft

2

S 112

1289 (1288) Febr. 10.

[65]

Der Knappe Henricus de Hagenbecke u. die genannten Schöffen von Coesfeld  
bekunden, daß Lubbertus de Lochuſſ Güter im Käpl. Reken an das Kloster Barlar  
verfaſſt hat.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, amen. Quae geruntur in tem-  
pore, ne labantur cum tempore, ratum est, ea scripturarum testimonio pree-  
sentium futurorumque memoris commendare. Proinde nos Henricus de  
Hagenbecke famulus et scabini in Cossvelde, quorum nomina subnotantur,  
dignum duximus cunctis Christi constare fidelibus, quod dominus Lutbertus  
de Lochuss, noster concivis, de consensu liberorum suorum et cohaeredum,  
videlicet Werner et Elisabet, Henrici de Lochuss, Gertrudis uxoris suae,

Aleydis filiae suae, Mechtildis relictæ Joannis de Lochus et Willae filiae  
suæ, vendidit venerabilibus viris domino Joanni preeposito et conventui eccle-  
siae Varlarensis bona sua propria, scilicet Geilinc et Wostine, sita in Holto-  
buredorpe in parochia Reken, cum lignis, agris, pratis, pascuis, cespitis et  
frondibus seu cum omnibus suis attinentiis pro novem marcis et novem soli-  
dis Monasteriensis monetæ, et eisdem receptis idem Lubertus et sui liberi  
et cohaeredes praedicti resignaverunt praedicta bona coniunctis manibus in  
figura judicij in Cossvelt in manus dicti preepositi et conventus pro propriis  
bonis iure proprietario perpetuo possidenda, penitus ab eisdem ab omni jure,  
quo ipsis competebant vel competere poterant in futuro, in perpetuum rece-  
dentes. In cuius rei testimonium et munimen sigillum civitatis in Cossvelt  
praesentibus decretivimus apponendum. Datum anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXXXVIII,  
[die] Scholasticae virginis, praesentibus et protestantibus Lamberto de Hon-  
huss, Woltero de Dulmania, Gerardo Kebel, Theoderico Lapicida et Gerardo  
de Atterhusse scabinis; domino Henrico Selekinck, Joanne de Huppelswick,  
Alberto de Wederden et Hermanno Rost militibus; Theoderico de Grollo,  
Godefrido Cobbink, Bernhardo Bante, Lubberto de Huppelswick, Henrico  
Memminck, Rabodo et Rudolpho fratribus de Sunderhusse et aliis quam  
pluribus fide dignis.

Kopie im Barlarer Kopiar S. 219.